

Band I., Nr. 288, Seite 369-371

König Lothar (III.) bestätigt dem Kloster St. Blasien den Besitz des Klosters Ochsenhausen sowie einiger anderer Kirchen unter hinzugefügten weiteren Bestimmungen.

Straßburg, 1126. Januar 2.

(Chr.) In nomine sanctę et individue trinitatis. Lotharius, divina favente clementia Romanorum rex. Que cum bona voluntate et divini servitii amplitudine sunt contracta, ut nulla possint in posterum refragatione confringi, regia potestate debent roborari, et in sua stabilitate confirmari. Ad hoc enim principem ac defensorem ecclesiarum nos constituit dominus, ut gratię eius non simus ingrati, set servitium eius, prout possumus, augmentare studeamus. Notum igitur esse volumus omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter Hawinus et Adilbertus et Chönradius, per manum ducis Uvelfonis, locum qui vulgariter dictus est Ohsinhusin, ad monasterium sancti Blasii, quod est in Nigra Silva, in proprietatem tradiderunt cum omnibus appendiciis suis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et reditibus, agris, acquisitis et acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et cum omnigena utilitate que ullomodo inde provenire vel excogitari potest, absque omni contradictione, cum perhenni proprietate. Traditus est autem idem locus a predictis viris ad prefatum monasterium in presentia domni Ötonis, abbatis, et Adilgozi, tunc temporis advocati de sancto Blasio, coram idoneis testibus, quorum nomina infra sunt scripta. Hartmannus comes de Geroshusin. Manegoldus comes et filius eius Wolueradus de Isininun et de Alshusin. Hartmannus comes et frater eius Otto de Chilhperc¹. Liutfridus et Manegoldus de Billenhusin. Henricus de Baldenheim². Ocoz et Reinboto de Hegirnböch³. Reginhardus de Vrsinun⁴. Adilgoz de Lucilunburch⁵. Ripertus et Uvolftregil de Löbon. Hatto de Ohsinhusin. Hartnit de Steuinsriet⁶. Abbas vero predictus congregationis sancti Blasii cum consilio archiepiscopi Salzpurgensis, Diemonis, et Gebehardi Constantiensis episcopi, et aliorum religiosorum virorum petitione, ad eundem

¹Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL.

²Ober- bzw. Unterbalzheim, Balzheim, UL.

³Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC, oder Haigerloch, Haigerloch, BL.

⁴Irsee, OAL.

⁵*Lucilunburch*, auch als *Luzelunburg* vorkommend, ein möglicherweise bei Durach, Durach, OA, abgegangener Ort.

⁶Stephansried, Ottobeuren, MN.

II

locum fratres suos direxit, monasteriumque in eodem loco fieri fecit, et ut semper inviolabiliter divinum servitium ibi perseveret decrevit sub abbate de sancto Blasio secundum ordinem suum, et ut idem locus cum omnibus ad illum pertinentibus iure proprietatis monasterio et abbati sancti Blasii semper in omnibus obediatur et subiaceat sicut et alie sue cellę ei obediunt et subiacent. Idcirco igitur noverit tam presens ętas quam sequens posteritas, qualiter Bertholdus venerabilis abbas sancti Blasii eiusque fratres hanc illustrium virorum legalem traditionem predicti loci nec non et constitutionem felicis memorie Őtonis abbatis confirmari a nobis regali auctoritate ac privilegii nostri corroboratione humiliter deprecati sunt, quorum iuste petitioni, tum pro coniugis nostre Richinze regine pia dilectione, tum pro archiepiscopi Mogontini ceterorumque principum humili petitione, libenti animo assensum prebuimus, predictamque cellam Ohsenhusin, quam prescripti nobiles viri coram testibus supranotatis sancto Blasio legitime contulerunt, eidem ęclesie sancti Blasii recognoscimus et confirmamus, cum omnibus eidem cellę prescriptis appendiciis atque pertinentiis. Constitutum itaque regia magnificentia, ut nullus dux, aut comes, aut aliqua maior vel minor persona aliquid iuris habeat, vel aliquam potestatem exercent, aut ullam inquietudinem monachis in eadem cella manentibus inferre presumat; set omnia secundum regulam sancti Benedicti sub potestate ac dispositione abbatis quo locus ipse pertinet consistant. Preterea advocatus nullus ibi sit, nisi quem abbas cum consilio fratrum suorum elegerit, et tamdiu in illa advocacione sit quamdiu abbas eum utilem et idoneum esse iudicaverit. Alius autem minor, qui vulgo subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. Ad hec sane illam constitutionem, quam dive memorie Őto abbas sanxit, et nos approbamus, atque sancimus: primum ut nulli abbatum vel potentum de rebus ad Ohsinhusin pertinentibus aliquid inde abalienare vel subtrahere liceat in beneficia, secundo ut alius nullomodo ibi sit
 prior, nisi quem abbas de sancto Blasio preesse voluerit, tercio ut de his qui ad conversionem veniunt, sive sit monachus, sive clericus, vel laicus, nullus admittatur in consortium fratrum sine voluntate et concessionem abbatis de sancto Blasio. Omnia quoque maiora negotia in mutandis locis, in transferendis eiusdem loci beneficiis, et cetera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis. Insuper constituimus, ut deinceps in monasterio sancti Blasii semel in anno agatur memoria omnium illorum cum officio pro defunctis qui predictum locum tradiderunt ad idem monasterium, et prior de Ohsinhusin ipsa die presens sit, et faciat caritatem fratribus secundum quod illi abbas constituerit. Et ut hec nostra regalis confirmatio atque constitutio stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Sub hac quoque nostre confirmationis auctoritate et alias cellas ęclesie sancti Blasii, id est Berowa, Witenowa, Bůrgilun, Wizilinchovin esse volumus comprehensas, scilicet ut

III

nullius persone potestas aliquid iuris in eis habeat, aut aliquam molestiam ecclesie et abbati sancti Blasii inferat, cui et perhenni iure proprietatis debent esse subiecti. Si quis igitur temerarius presumptor huius nostri privilegii constitutionem et confirmationem violare presumpserit aut inquietare, auri purissimi centum libras componat, dimidium nostre camere, et dimidium ipsi ecclesie. Presentes autem fuerunt donationi huius privilegii idonee persone. Adilbertus Mogontinus archiepiscopus. Arnoldus Spirensis episcopus. Odalricus Constantiensis episcopus. Stephanus Metensis episcopus. Symon dux. Götfridus palatinus comes. Chönradius filius ducis Bertholdi. Hermannus marchio. Petrus comes. Reginoldus comes. Sigibertus comes et alii quam plures.

 Data Argentine, anno incarnationis domini MCXXVI., indictione quarta, IIII. nonas Ianuarii, (*Siegel.*) anno primo regni Lotharii regis.

 Ego Snelhardus notavi sub vice archicancellarii, Adilberti archiepiscopi Mogontini.

 (*Monogramm.*) Signum domni Lotharii dei gratia tercii regis.

—

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original. Fälschung.

 Das Siegel ist mitten in der Urkunde zwischen *Ianuarii* und *anno* sowie zwischen den Silben *archi* und *cancellario* in Wachs aufgedrückt, aber zerbrochen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 125

Editionen:

MARQUARD HERRGOTT: *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, S. 147, Nr. 205. *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER*, Bd. 8: *Die Urkunden Lothars III. und der Kaiserin Richenza*, hrsg. Von Emil von Ottenthal und Hans Hirsch, Berlin 1927 [ND 1993], S. 211–213, Nr. 125. JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): *Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299*, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 176–179.

Regesten:

BASILIUS HIDBER (RED.): *Schweizerisches Urkundenregister*, 2 Bde., Bern 1863-77, Nr. 1647. KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: *Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit*, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: *Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, S. 275, Nr. 3231. Dümgé: Regesta Badensia*, S. 34 f. PAUL LADEWIG (HRSG.): *Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496*, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Bd. 1, S. 741. Fester: *Regesten Markgrafen von Baden*, Bd. 1, Nr. 50. JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii Abt. 4: Lothar III. und ältere Staufer, 1125-1197*, Bd. 1,1: *Die Regesten des Kaiserreichs unter Lothar III. 1125 (1075) - 1137*, neubearb. Von Wolfgang Petke, Köln, Weimar und Wien 1994; Bd. 1,2: *Die Regesten des Ka*, Bd. 1,1, S. 72 f., Nr. 112. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe*, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 4 f., Nr. 24. *MGH Lo III*, S. 7–9, Nr.6.

Literatur:

Hirsch: Süddeutsche Klöster, S. 554. Jakobs: Adel St. Blasien, S. 84–88.

Weitere Angaben**Sprache:**

Lateinisch

Ausstellungsort:

Straßburg

Ortsindex:

Altshausen Wohnplatz (18642)
 Altshausen, RV
 Berau Wohnplatz (15788)
 Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT
 Bühlenhausen Wohnplatz (16711)
 Bühlenhausen, Berghülen, UL
 Bürglen Wohnplatz (15688)
 Bürglen, Weilheim, WT
 Gerhausen Wohnplatz (16724)
 Gerhausen, Blaubeuren, UL
 Hagenbuch Wohnplatz (17120)
 Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC
 Haigerloch Wohnplatz (16384)
 Haigerloch, BL
 Irsee, OAL
 Isny im Allgäu Wohnplatz (19528)
 Isny im Allgäu, RV
 Kloster Weitenau Wohnplatz (15049)
 Kloster Weitenau, Steinen, LÖ
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lauben Wohnplatz (19884)
 Lauben, Leutkirch im Allgäu, RV
 Luzelunburg
 Mainz, MZ
 Metz, Dep. Moselle, Frankreich
 Oberbalzheim Wohnplatz (17010)
 Oberbalzheim, Balzheim, UL
 Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Salzburg, Österreich
 Speyer, SP
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Stephansried, Ottobeuren, MN
 Straßburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Unterbalzheim Wohnplatz (17011)
 Unterbalzheim, Balzheim, UL
 Wislikofen, Kt. Aargau, Schweiz